



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich**

**Herbipoli, 1680**

Decas X. De Sanctimonialibus, Canonissis, Tertiariis, & Oblatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

Episcopale c. *Id constitutum*. 36. XVII.  
 q. 4. Atrium, porticum, campanile,  
 tectum, & quicquid ad totam externam  
 fabricam pertinet; aut Ecclesie adhaeret,  
 ut claustra, dormitoria &c. c. *Quisquis*  
 21. XVII. q. 4. & DD. ad c. *si quis con-*  
*tumax*. 20. ibi: *de atrio Ecclesia* &c.  
 XVII q. 4. Quod autem olim de ex-  
 tensione immunitatis ad quadraginta  
 & respectu Capellarum vel minorum  
 Ecclesiarum, ad triginta passus obinu-  
 erat, ob Ecclesiarum frequentiam me-  
 ritò plerique in locis ab usu recessit.



DECAS X.

*De Sanctimonialibus, Canonistis,  
 Tertiariis, & oblatis.*

CAPIT I.

*De distinctione inter monaste-  
 ria monialium exempta, & nou-  
 exempta,*

454. *Sanctimonialios propriè dicit,*

GL  
 30

455. *Qui regunt monasteria non exempta.*  
Episcopo quo ad hoc regimen plenè subjici-  
untur.

456. *Quanam pertineant ad Episcopum in ex-  
emptis; & de modo discretè tractandi in-  
firmas mulierculas.*

454. **S**anctimoniales verè ac propriè  
Sillæ dicuntur, quæ cum solemni-  
tatem votorum substantialium emissio-  
ne, prævio integro probationis anno,  
in ætate per SS. Canones requisita, per  
spirituale Matrimonium CHRISTO  
specialiter desponsatæ sunt: eæque non  
minus, ac viri Regulares, vel sub omni-  
moda jurisdictione Ordinarii consti-  
tutæ sunt; vel ex Apostolicis privilegiis  
ab eadem exemptæ.

455. Monasteria non-exempta, si  
eandem cum viris in eodem loco degen-  
tibus regulam habeant, plerumq; com-  
missa sunt regimini spirituali eorundem,  
vel aliorum Regularium, qui in rebus  
hanc administrationem concernentibus  
æque, ac Regulares curam animarum  
ex-

exercentes, vel sacramenta Clero & Populo administrantes, ipsi Ordinario subijciuntur.

456. In exemptis cura plerarumque rerum pertinet ad Prælatum Regularem, præter visitationem, custodiam choro- ræ, approbationem Confessariorum, interventum & præsidium in electione Abbatissæ vel superioris, admissionem educandarum, explorationem voluntatis aspirantium ad habitum & professionem &c. quæ omnia à S. C. Trid. & diversis Pontificibus specialiter Episcopali providentiæ tantò laudabilius ac tilius demandata sunt, quò prudentius atque discretius tractandæ sunt in carcerata imbelles mulierculæ, quarum pudor ac congenitus timor nimio rigore ferendo non est; & mutabilitas e contra speciali freno & vigilantia opus habet.

Dei

457. S.

qua

458. E

459. D

460. A

461. C

462. A

463. E

464. A

465. O

466. F

467. F

468. G

469. G

470. C

471. C

472. C

473. C

474. C

475. C

476. C

477. C

478. C

479. C

480. C

481. C

482. C

483. C

484. C

485. C

486. C

487. C

488. C

489. C

490. C

491. C

492. C

493. C

494. C

495. C

496. C

497. C

498. C

499. C

500. C

Cant

## CAPUT II.

## Deiis, quæ concernunt Abbatissam.

457. Sylloge considerandorum in Abbatissa, seu qualibet Praefecta Religiosa.
458. Electio ubi & coram quo facienda.
459. De concordia & discordia in votis.
460. Aetas & qualitates eligenda.
461. Confirmatio Electionis.
462. Abbatissa perpetua benedici plerumque solent.
463. Egressus, & benedictio Electæ.
464. Multiplex velum Religiosarum.
465. Oblatio in tortitorum.
466. Refectio sacramentalis, & Inthronizatio Abbatissæ.
467. Reditus Abbatissæ intra Clausuram.
468. Quid & quantum possit Abbatissa in spiritualibus?
469. De rerum spiritualium administratione.
470. Obligatio Abbatissæ ad Clausuram: ubi de egressu ad præstandum Principi seculari homagium.
457. Circa electionem & personam Abbatissæ, Priorissæ, vel alterius

alterius cujuscunque superioris Religioſæ, plura ſunt conſideranda. 1. electio, confirmatio, ſi que dignitate Abbatiali fulgeat, ejuſdem benediſtio. 2. ætas & ſtatus. 3. Regimen. 4. an ſi monaſterium feudum habeat à Domino temporalis, exire poſſit è clauſura ad præſtandum homagium?

458. Electio fieri debet per vota ſecreta collecta ab ipſo met Epifcopo, vel Ejus Commiſſario, cum interuentu probatarum aliquot perſonarum ejuſdem ordinis, vel aliarum, ante cancello- rum fenestrellam S. Communioni deſtinatam, niſi vel juſtus ſubornationis timor ſit, vel votum infirmæ eò deſcendere non valentis ſit exquirendum, Si- cuti verò Superior Regularis eligenti- um exemptarum vota, vidente & audi- ente Epifcopo, vel Ejuſdem ſubſtituto, excipiat, S. Congregatio Concilio. *Septembris* 1639. huic uſui ſtandum eſſe declaravit, dummodo Regulares Epi- ſcopo vel Ejuſdem Vicario, intereſſe ac

ac præsidere volenti diem electionis  
 Abbatissæ opportunè denuntient, eum-  
 que ad præfinitum usque tempus expe-  
 tent: quod cum hic nuper à P. Alberto  
 Spoenlein dignissimo Priore Domini-  
 canorum in electione novæ Priorissæ  
 Conventus S. Marci intermissum fuis-  
 set, per litteras Reversales contestari  
 is debuit obligationem suam, & sponde-  
 re meliorem deinceps sui muneris in-  
 monenda & expectanda Celsitudine sua,  
 vel Eiusdem Commissariis, observatio-  
 nem, 10. April. 1680. Cui Juri Celsitudo  
 sua Bambergæ similiter iussit insisti.

489. Quantum ad ipsa vota, per du-  
 stertias partes suffragiorum, conclu-  
 denda est electio, ita ut deficiente vel  
 uno, toties juxta determinationem E-  
 piscopi, vel, hoc nullatenus compa-  
 rente, alterius superioris, iteranda sint  
 diversis temporibus scrutinia, donec  
 concordent. At si eo tempore lapsa non  
 conveniant in eligenda, devolvitur ad  
 Episcopum facultas magis idonea  
 Z pro

pro arbitrio suo deputandi S. Cong. infatu ill  
 una Cremonensi 12. Octobris 1592. apud pensfat  
 Piasecium. sari, v  
 ristæ:  
 ca s  
 dū pen  
 cis, ut  
 defectu  
 za, qua  
 coles  
 Emma

460. Quoad eligendæ ætatem & ali-  
 as qualitates, certum est primò, reguli-  
 riter in eligenda Abbatisa vel Priorissa  
 annos quadraginta ætatis, ac octo pro-  
 fessionis S. C. Trid. *ses. 25. de Regular.*  
*c. 7.* qualis si non reperiatur, triginta æta-  
 tem annos ætatis, & quinque professio-  
 nis completè requiri c. *In demeritibus*,  
*43. de elect. in 6.* ita ut nulla minoris æ-  
 tatis eligi possit; sed postulanda sit à S.  
 sede Apostolica: nisi monasterium re-  
 center erectum esset, nec aliqua eius-  
 dem ordinis inveniretur in tota provin-  
 cia pollens tantâ ætate & cæteris qual-  
 tatibus à S. C. Trid. requisitis: immo  
 quas eminet ea, quòd à pluribus annis  
 post expressam professionem laudabili-  
 ter vixerit. Tertiò desideratur in eli-  
 genda iudicii maturitas, prudentia, ac  
 discretio, quanta haberi in sceminis po-  
 test, Quartò excluduntur ab Abbatisa  
 facta



Cong. in fatu illegitimo thoro natæ, seclusâ di-  
 92. apu dispensatione gl. in *cit. c. Indemnitatibus* S.  
 em & all- sari, ver. *Canonica*. & plerique Cano-  
 o, regul- nistæ: nisi Religiones à S. sede Apосто-  
 Priorilla ca singulare privilegium præ habeant  
 to pro dispensandi cum monialibus sibi subje-  
 Regulari ctis, ut etiam illegitimæ, non obstante  
 ginta fal defectu natalium, eligi possint Abbatis-  
 ro fessio- sæ, quale jactant Generales ac Provin-  
 ritatis, ciales omnium mendicantium apud  
 inoris- Emmanuelem Rodriquez.

461. Electio Canonicè facta confir-  
 mari debet à superiore immediato, vi-  
 del. à S. Pontifice, si monasterium sari-  
 tæ Sedi immediatè subjectum sit; ab  
 Episcopo loci, si huic immediatè sub-  
 dit, vel à superiore Regulari, si mona-  
 terium illud sit ejusdem ordinis & ex-  
 emptum, quin Episcopus, etiam post  
 Constit. *Inscrutabili*. ultra interventum  
 & præsidium, jus aliquod confirmandi  
 electionem Abbatisæ exemptæ sibi ar-  
 rogare ullatenus valeat, ut S. Congre-  
 go in Resp. *ad dubium*, §. in calce ejus-  
 dem

dem constitutionis positum deditur  
 Et hæc confirmatio non habet cer-  
 formam à Jure præstitutam, ac quæ-  
 dolibet fieri potest, sive per viva  
 cem, sive per scripturam: dum  
 declaretur animus Confirmantis.  
 bita causæ cognitio præmittenda.

462. Quæ perperam sive in  
 post confirmationem obtentam,  
 dici plerumque solent sub Missa  
 celebranda de die cum collecta  
 Et sub uno per Dominum dicitur  
 oratione diei: à quibus providen-  
 dum est intra annum apud Episcopum  
 pro benedictione, nisi subitanea  
 tionabilis, sub pœna amissionis  
 ris ac juris acquisiti, Clemen-  
 dentes. 2. §. Statuimus. De statu  
 chor.

463. Electâ existente in choro  
 habitu, proceditur ad missam  
 Alleluja, si dicitur; vel usque  
 mum versum tractus, aut sequen-  
 clusivè: tuncque Electa à Matr-

ociata è monasterio egrediens præsen-  
 tur Pontifici, coram quo ante medi-  
 um Altaris sedente in faldistorio genu-  
 flexa præstat juramentum fidelitatis, ei-  
 que porrigit chartam pendente sigillo  
 lino munitam. Deinde procumbit à si-  
 nistris Benedicentis ad litanias, in qui-  
 bus ad verba: *ut hanc presentem Ele-*  
*ctam &c.* bis à Pontifice surgente cum  
 baculo benedicatur; completisque lita-  
 niis, super Eadem manente prostrata  
 dicuntur *Pater noster, versus, & oratio-*  
*nes* juxta Pontificale; quibus absolutis,  
 Electa surgens, ante Pontificem in ge-  
 nua se demittit, qui præfationem pro-  
 sequendo, ad verba: *Propitius infunde:*  
*&c.* manus imponit super caput Electæ,  
 donec eò perveniat: *separetur indigna.*  
 quibus tunc amotis, finitâque præfatio-  
 ne, cum 4. orationibus annexis, sedet  
 acceptâ mitrâ & Abbatisæ coram se ge-  
 nuflexa Regulam tradens, ait: *Accipe*  
*Regulam &c.* aut sicubi moris est, ut e-  
 iam tradatur baculus, sicut Herbipoli  
 in

Z 3



in Monasterio S. Afræ ordinis S. Benedicti, suo loco, & juxta formam in benedictione Abbatum adhiberi solitam eundem Abbatissæ consignat: si quæ non fuit antea velata, ei velum, proprio Pontificali, imponit.

91  
30

464. Ubi notandum est multiplex esse velum Monialium, quorum primum *Probationis* seu *Receptionis* dicitur, quod novitiis à principio datur, & album esse solet: tametsi Virgines deo dicendæ quondam, loco velaminis pallio fusci coloris caput obtententur. Secundum *Professionis*, hodie passim nigrum, olim etiam purpureum datur omnibus Religionem solemniter profitentibus, tum virginibus, tum viduis. Tertium *consecrationis* specialis cum benedictione solis Virginibus imponitur. Quartum *Prælationis* abbatissis cum certa benedictione datur, quamquam hodie ab usu recesserit, fortassis antea non fuissent velata: præconet Pontificale Romanum.

465. His ex ordine peractis, Pontifex procedit ad missam, cui Abbatissa assistit in loco ad partem sibi parato: dictoque offertorio, præcedentibus duobus famulis cum intortitiis accensis, Ipsa associata à duabus Matronis, coram Pontifice sedente in faldistorio ante medium Altaris genuflexa, offert Ei duo intortitia, præbitoque Pontificis ea recipientis manui osculo, ad locum sibi assignatum regreditur: Pontifex vero, lotis ac tersis manibus, prosequitur missam, in qua sub uno *per Dominum* dicitur secreta pro *Electa* cum secreta de die.

466. Pontifex de propria manu sacramentaliter refectus, Abbatissæ porrigit Sacram Synaxin; dictisque Postcommunionem diei cum alia pro *Electa* sub uno *per Dominum*; nec non *Ita missa est*, vel *Benedicamus Domino*, mitrâ receptâ inthronizat Abbatissam in sede; tum à dextris Ejus, mitrâ depositâ, con-

Z 4      versus

versus ad Altare, intonat Hymnum Ambrosianum à Choro prosequendum,

467. Interim Pontifice manente sine mitra apud Sedem, Abbatissa à Ministris associata intra clausuram reverentis & à Senioribus ante portam excepta perducitur ad Chorum, ubi omnes Religiosas ad amplexum admittit: Pontifice sub finem hymni, sine mitra dicente versus & orationem; ac tandem sumptis mitrâ ac pedo, impertiente solemnem benedictionem.

468. Circa formam regiminis potissimum occurrunt: 1. *Quid quantum possit in spiritualibus? 2. quomodo habeat rerum temporalium administrationem?* De potestate ordinis nulli unquam Catholico dubium fuit, quod mulieres illius planè sint incapaces jurisdictione verò spirituali, absomne absurdum vocat Innocentius III. *de pen. & remis.* quod Abbatissæ Moniales proprias benedicunt & publicè prædicare præsumant,

sto, ex domestica, materna, mereque  
 privata potestate quadam monialibus  
 suis quandoque (non tamen cum inter-  
 minatione censuræ) præcipiant, bene-  
 dictiones elargiantur, aut propter peri-  
 culum, quod ex cohabitatione virorum  
 imminere posset, in eadem non servatis  
 ordinariis Juris formulis inquirant, ea-  
 rumque instructioni privatæ, domesti-  
 cæ institutioni, ac similibus incumbant;  
 imò & alicubi Presbyteros ad Ecclesi-  
 as quasdam vacantes præsentent: cum  
 hæc vel non egrediantur imperii œco-  
 nomici limites; vel si potestatem ali-  
 quam spirituales involvere videantur,  
 ea solum *ratione finis & objecti* sit ta-  
 lis, quatenus sub Abbatissæ directione  
 per actus prædictos intenditur Religio-  
 sa perfectio & beatitudo æterna; *non*  
*autem ratione modi* nec in res spiritua-  
 les, aut ipsam Ecclesiam, cujus regimen  
 illi concedi non potest, absque Hierar-  
 ehici Ordinis, in quo mulier, ad subje-  
 ctionem nata *Gen. 3. v. 16*, silere jube-

tur 1. *Corin.* 14. v. 34. Inversio  
 Qua de re plura vide, si libet, in *Paro-*  
*eis Cogitationibus meis super redemptio-*  
*unitate Religionis in Germania.* Quae  
 12. n. 152. Sicubi verò spectant  
 prerogativis Abbatisse cuiusmodi  
 compulsiva in Clericos à S. Sede  
 cessa videtur, illa tamen à domestica  
 materna, qualem *Joan.* 19. n. 1.  
**CHRISTUS B. M.** Virginis in Sa-  
 annem Evangelistam indulsit, cui  
 me differt; nec ad censuras aut  
 ea iudicia consurgere potest.  
 Materna & oeconomica auctoritas  
 consistit, cui similem retinent  
 Matres in filios suos Clericali licet  
 adscriptos. Unde quod de Juris  
 batissarum, post confirmationem  
 ferendi beneficia, & instituendos  
 cos in Capellis ex c. *Dilecta*, 12.  
*major.* & *obed.* dicitur, intelligitur  
 non est de institutione auctoritate  
 per quam datur potestas exerce-  
 tam animarum, quae nec actu, nec

G  
 30

tu r  
 prof  
 ea, q  
 Sylve  
 4  
 mini  
 Regi  
 aten  
 hil sp  
 Glo  
 Abb  
 strati  
 star  
 Can  
 4  
 nem  
 nus  
 aliu  
 etia  
 egre  
 fia  
 aim  
 dun  
 quo



in uerborum  
et, in Part  
er redact  
ania. Qu  
Specia  
cuipiam  
S. Sebe  
domestica  
7. 19. 1  
gini in S  
ullerat, m  
aras in p  
potest, i  
ca autem  
retinent  
ricali lic  
d de Jure  
ationem  
stituendi  
ETA. 11.  
intellig  
autho  
exce  
actu, nec

tu mulieribus ejusmodi potestatis  
prorsus incapacibus competit; sed de  
ea, quæ dat titulum & possessionem, ut  
Sylvester *in summa* declarat.

469. Circa rerum temporalium ad-  
ministrationem, singulorum ordinum  
Regula, & consuetudo, præcipuè debet  
attendi: quibus circumscriptis, seu ni-  
hil speciale disponentibus, Authores &  
Glossa ad cit. c. *Dilecta*. conveniunt,  
Abbatissam habere liberam admini-  
strationem rerum sui Monasterii, adin-  
star Abbatum, in iis, quæ sexui & sacris  
Canonibus nequaquam repugnant.

470. Undè cum quoad remansio-  
nem strictam intra clausuram non mi-  
nus Abbatissæ, quàm cæterarum moni-  
alium libertas arctetur, nullo ex capite,  
etiam sub prætextu administrationis,  
egredi poterit, nisi concurrentibus ju-  
stâ causâ, & legitimâ licentiâ; ac speci-  
atim, si personaliter ab Ipsa præstan-  
dum esset homagium Principi sæculari,  
quo casu c. *Periculoso* i. de statu Regu-  
lar.

*lar. in 6. ei permittitur, ut, de præ-*  
*& licentia Episcopi loci, cum hono-*  
*& decente societate, duarum vel plu-*  
*um scil. de antiquis monialibus, de-*  
*pellani, exire possit, homagio facti-*  
*quamprimùm commodè poterit, et*  
*ipsum monasterium è vestigio reser-*  
*ra: ne quid ullatenus committatur*  
*fraudem moræ Claustralis. Quæ*  
*stitutio expressè innovata fuit à S. C.*  
*Tridentino *ses. 25. de Regularibus**  
*à B. Pio V. per Constit. *Decorabilis**  
*fuisse videtur, ob commune bonu-*  
*monialium, ne, ob dicti juramenti pro-*  
*teritionem, seu dum amittant.*

## CAPUT III.

**De educandis, seu Convictibus**  
**Religiosarum: ubi de Urbani**  
**narum Instituto.**

471. *Frustrus educationis puellarum in*  
*Religiosas.*

472. *Conditiones pro educandis præcipue*  
*instantiam Episcopi Hieracen[sis].*

473. *Constitutiones & Praxis Ursularum*  
quoad educandas.

474. *An cogi possint Puella ad ingressum mo-*  
*nasteriorum pro sola educatione?*

475. *De iis, quae educantur in Conventibus*  
*exemptarum, quoad censure Episcopales.*

476. *Quid faciendum cum educanda, quae in*  
*eodem Conventu ad habitum Religionis as-*  
*pirat?*

471. **D**E fructu talis educationis pu-  
ellarum nulli dubium esse po-  
test, cum extra seductionis imbelli huic  
sexui nimium quantum vicinæ pericu-  
lum, solidâ pietate, bonis moribus, ac  
honestis exercitiis imbuantur. Quæ-  
ritur hic tantum an & quâ ætate ad mo-  
nasteria monialium, educationis gratiâ,  
recipi; & quamdiu retineri ibidem  
possint, stante decreto S. Concilii Trid.  
justam causam, & licentiam debitam re-  
quirentis?

472. Dubium hoc ad instantiam E-  
piscopi Hieracensis resolutum fuisse à  
S. Congregatione I. *Augusti 1575.* re-  
fert Peyrinus, non obstante motu pro-  
prio

prio Sixti V. s. *Januarij* 1589, edito  
 qui solùm intelligendus est contra pre-  
 sumentes ingredi claustram ejusmodi  
 conventuum, vel ibidem vivere, non  
 observatis conditionibus à S. Congre-  
 gatione in responso ad interroga-  
 nem præfati Hieracensis Episcopi ex-  
 pressis, quæ sunt apud Barbotam, De-  
 datum, & alios Compilatores:

I. Ut Monasterium consueverit  
 cipere tales puellas. II. ut non sumat  
 pra numerum præfixum. III. ut  
 cedat consensus Superioris & omnium  
 Monialium singulariter præstitus. IV.  
 ut vestitu honesto & Virginibus con-  
 veniente utantur. V. ut ancillas  
 cum non adducant. VI. ut exili-  
 in loco separato à dormitorio Mon-  
 lium, & à loco, in quo Moniales  
 bus manuum vacare solent. VII. ut  
 è Monasterio non egrediantur, Abs-  
 mel egressæ nequeant iterum ad-  
 nisi vel Moniales fieri velint, ve-  
 btentâ licentiâ utendi theriacis præ-

cuperanda valetudine, rectâ à balneis  
ad conventum se recipiant cum inten-  
tione observandi Conditiones à S. Con-  
gregatione præscriptas. VIII. ut quo-  
libet semestri solvatur conventui anti-  
cipata portio pro alimentis, constitutâ  
pro tali solutione idoneâ securitate IX.  
ut puella recipienda non sit minor se-  
ptennio, nec major annis viginti quin-  
que: quibus expletis Episcopus loci  
præfigere debet puellæ terminum ad e-  
grediendum de monasterio, vel ad su-  
scipiendum habitum Regularem.

473. Ursulinæ tamen nostræ Metis  
summo cum juventutis Virgineæ com-  
modo in has partes advectæ, juxta præ-  
clarissimum Institutum suum Anno hu-  
jus sæculi undecimo à Paulo V. in sta-  
tum Religiosum per Bullam expressam  
erectum, & approbatum, per viam non-  
nihil diversam ad finem eundem con-  
tendunt I. Non habent constitutum  
certum numerum Conventricum; sed  
is dependet ab angustia vel latitudine  
loci,

loci, in quem suscipienda; & a numero personarum capacium, quæ sufficiant plurium vel pauciorum instructioni. II. Non admittuntur nisi parentibus legitimis natæ, quæ simul sint bonæ famæ: presentanda vero nominis notis, & fide dignis, quæ testimonio pro ipsis præstent quoad submissionem quorumlibet necessarium in omni eventu. III. Secundum Constitutiones suscipiuntur ab ætate 6. usque ad 15. exclusivè. Quæque autem ætatis anno in Constitutionibus concessio admittæ manere non possunt juxta easdem usque ad ætatem 18. inclusivè. IV. Vestimenta ex voluntate parentum, sed modeste suo quæque statui convenienter, cum adhibito vanitatis luxu; in quo generalem pro Regula est modestiorum exemplum. V. Ancillæ nullæ admittuntur, VI. Separatæ vivunt à Religiosis, nec ingrediuntur earum Dormitorium, Capitulum, Refectorium, Cella-

mun  
Mor  
riori  
trem  
ren  
si de  
parvu  
tum f  
gion  
onem  
liquis  
in qu  
liter n  
ctare  
beno  
casu v  
tentu  
Quan  
statum  
religio  
mente  
circa d  
eundas  
Gener

muniatem, Novitiatum, aut alia loca  
 Monasterii sine expressa licentia Super-  
 iorissæ. VII. Possunt exire ad Pa-  
 trem vel Matrem, vel ad eos, quos pa-  
 rentum loco habent, visitationis gratiâ,  
 si de longè & rarò adveniant; item si  
 parvulas ex baptismo suscipere debeant;  
 tum si ipsarum Consanguineæ vel Reli-  
 gionis habitum suscipiant, vel professi-  
 onem emittant alio in loco, aut casus a-  
 liquis extraordinarius tam gravis detur,  
 in quo exitus à Superiorissâ rationabi-  
 liter negari non possit. VIII. Perno-  
 ctare extra Monasterium in eadem ur-  
 be non licet per Constitutiones, nisi in  
 casu vel mortis, vel gravissimi morbi pa-  
 rentum, aut Curatorum suorum. IX.  
 Quando Convictrix sentit se vocari ad  
 statum religiosum (ad quem inducere  
 religiosæ severè prohibitum) aperit  
 mentem Magistræ, à qua examinatur  
 circa difficultates in religioso statu sub-  
 eundas; & remittitur ad Magistram  
 Generalem, à qua accuratius rursus ex-  
 ami-

xaminata, si prudenter respondet, re-  
 mittitur ad Superiorissimam, cui si etiam  
 satisfecerit, datur tempus deliberatio-  
 nis, & injunguntur ad perfecte cogno-  
 scendam DEI voluntatem quaedam o-  
 perapietatis; si denique adhibitis o-  
 mnibus diligentiss cognoscuntur ver-  
 vocationis signa, datur licentia Con-  
 victricis postulanti, aperiendi mentem  
 suam parentibus, quorum est eam con-  
 minare omnibus modis, quibus volue-  
 rint, etiam revocando domum, si riam  
 fuerit. Quod si & ipsi suæ filie elec-  
 ctionem liberam relinquunt, hæcque  
 statum Religiosum eligat, determinatur  
 tempus ingrediendi Novitiatum in ha-  
 bitu sæculari, idque de licentia Ordina-  
 rii (cui Religiosæ hujus Congregatio-  
 nis omnino subjete sunt) statutum  
 examinatur per Ordinarium vel alium  
 se deputatum postulans, habilitate  
 judicatur admittenda, determinatur  
 es suscipiendi habitum, quo facta  
 vitiatum durat per biennium, eo quod  
 p[ro]p[ter]



pso, iterum rigidissimè examinatur à  
 Superiore seu Ordinario, aut ejusdem  
 Commissario, tandem professionem e-  
 mittit, si reperta fuerit digna, constans,  
 & omnibus scitu necessariis probè in-  
 structa. X. Convictrices ægrotae eo-  
 dem planè modo tractantur, quo Reli-  
 giosæ in infirmaria particulari, nisi præ-  
 stet eas remittere parentibus. XI.  
 Docentur primò omnia christiana pie-  
 tatis exercitia pro cujusque capacitate  
 aut indigentia; Deinde quidquid pa-  
 rentes præcipuè cupiunt ut discant, sci-  
 licet legere, scribere, filo, lanâ, serico  
 varia opera conficere; item auro & ar-  
 gento. Communiòra quoque urbanità-  
 tatis principia traduntur; Modus etiam  
 calculis vel numeris utendi, ordine jam  
 dicto, vel alio, si videtur magis congru-  
 us: primo tamen loco semper Pietati  
 tributo. XII Solutio victus tot modis  
 fit, quot placet parentibus. Pretium  
 victus non potest esse idem ubique,  
 sed constituitur à superioribus. XIII, In

præ-

præcedentia servatur ordo nobilitatis,  
 præcedunt Comitissæ, sequuntur Baro-  
 nissæ, postea nobiles, denique alii, in-  
 ter plures ejusdem nobilitatis vel dig-  
 nitas, ita ut, quæ prima venerit, alius  
 præcedat. XIV. Filia hereditaria (ut  
 pote plerumque boni communis impe-  
 ditivæ) vix suscipiuntur, nisi ex jure  
 expresso Ordinarii; & cum necessariis  
 cautelis, ne quando aliis, quàm quibus  
 oportet, restituantur; aut pro eorum in-  
 fidiis, aliisve sinistris accidentibus  
 exponantur. XV. In Monasteriis regu-  
 liter ædificatis communiter non debent  
 existere in una Classe ultra Vigin-  
 uno cubili non ultra decem: in aliis  
 Monasteriis pro commoditate loci.  
 XVI. Diebus festis & Dominicis im-  
 sunt officiis Divinis ordinariis; debent  
 tur etiam aliquod tempus communi-  
 pia lectioni vel colloquio spiritibus, et  
 simili pietatis exercitio quando habet  
 concio, omnes interfunt, reliquo tem-  
 pore vacatur à seriis. XVII. Septem-  
 Paderborn

ptimanis ante primam communionem  
 eliguntur ad eam faciendam destinan-  
 dae, sex septimanis continuis instruun-  
 tur singulis diebus per lectionem Cate-  
 cheticam, quæ durat per horam, primis  
 quatuor septimanis traduntur quatuor  
 partes doctrinæ Christianæ scilicet de  
 fide, spe, charitate, & sacramentis, ma-  
 ximè verò de pœnitentia & Eucharistia.  
 His quatuor septimanis elapsis, à Con-  
 fessario vel Directore examinantur; suf-  
 ficienter instructæ & capaces admittun-  
 tur; aliæ differuntur. Duâbus septima-  
 nis immediatis ante communionem ex-  
 ercentur in actibus pietatis ad proxi-  
 mam dispositionem spectantibus: sic-  
 que præparatæ ad Communionem ad-  
 mittuntur. Et talium præparatio solet  
 fieri quinques in anno, scilicet in festo  
 Nativitatis, Resurrectionis, Penteco-  
 stes, assumptionis B. M. V. & omnium  
 sanctorum. XVIII. Constitutiones  
 præscribunt S. communionem semel vel  
 intra quatuor septimanas vel intra sex  
 susci-

fufcipiendam. Sapius communito  
 gratia speciali permittitur singulariter  
 indè proficientibus. XIX. Diebus autem  
 unt sacrum. XX. Diebus recreationis  
 Constitutiones permittunt omittunt  
 lectionis, fcriptionis, Catechizandi  
 aliorum operum fcholarium, quæ  
 men nunquam ex toto omittuntur  
 ximè à diligentioribus: & collocantur  
 permittitur inter laborandum  
 recreationis tantum. XXI. Con  
 ees nec pecuniam, nec quidquam  
 penès fe habere, accipere, vel alibi  
 aut mittere poffunt, absque præfcripta  
 permissione Magiftræ fei præfcriptæ  
 neralis. Loculorum præfcripta vel  
 faria, ut vocant, affervat ejusmodi  
 mnia, & de expenfis cum licentia  
 rationem reddit.

474. Porrò circa has educand  
 rimæ fuperfunt difpofitiones, ad quæ  
 fingulas breviter respondebimus  
 qui cogunt puellas ad ingreffum  
 riorum folius educationis gratia.

91  
 312

ant in excommunicationem latam à S.  
 C. Trid. *ses. 25. de Regul. c. 15.* Resp.  
 negativè: nisi compulsio fiat in ordine  
 ad suscipiendum postea Religionis ha-  
 bitum, sive ad persuasionem Moniali-  
 um, sive aliâ quâcunque viâ; & Puella  
 invita ingrediatur: quæ est ratio indu-  
 ctiva Concilii ad prohibendum illum  
 ingressum, qui directè vel indirectè ad  
 assumendum involuntariè Religionis  
 habitum ordinatur.

475. II. *An educanda commorantes in  
 conventibus exemptarum, ligentur cen-  
 suris à locali Episcopo latis?* Resp. ne-  
 gativè: quia privilegium exemptionis  
 ad hoc conceditur, ut, quamvis locus  
 materialiter, sive quoad situm, sit in  
 Diocesi; formaliter tamen, quoad ju-  
 risdictionem, extra illam censeatur: de-  
 ductis casibus, in quibus exemptio non  
 proficit, ne quidem ipsismet personis  
 exemptis.

476. *Quid agendum, si educanda  
 ad habitum Religionis in Conventu e-  
 duca-*

ducationis aspiret? Resp. Priusquam  
 examinetur ab Episcopo, aliquandiu  
 extra Monasterii septa in domo Paren-  
 tum, ad finem plenius consulendi libe-  
 tati ad tale propositum necessariz, con-  
 stitui debet, quin reflectatur ad pericu-  
 lum perversionis in reditu ad domum  
 & licentiam saecularem, quod est me-  
 per accidens, nec adeo propinquum, ut  
 puellas nihil aliud in domo paterna vel  
 amicorum quærentes, quam honestum  
 libertatis usum, & seriam propositi  
 discussionem, in præsentem ruinam ab-  
 ducat: dum è contrà aliquantulum à  
 Monasterio educationis recessum urge-

libertas necessaria ad perfe-  
 ctum statum electio-  
 nem.

G  
 3

## CAPUT IV.

## De Virginibus velandis.

477. *Discrimen ab antiquo inter Velationem Virginum, & Viduarum: ubi curiosa, de velo.*

478. *Exploratio voluntatis Puellarum tum ante susceptionem habitus; tum ante professionem.*

477. **V**estem professionis jam ab antiquo specialem fuisse, plura Conciliorum & PP. loca nos docent, etiam in viduis sexagenariis per professionem castitatis ad certum quendam gradum seu statum admissis cum eo tamen discrimine, quod velamen viduarum, consulto quidem Episcopo, at de altari conversationis sacræ, non de illius manu, ab illis plerumque acceptum fuerit; virgines è contrà, in signum castitatis desponsationis cum CHRISTO, de manu Episcopi aut Presbyteri, tantquam Vicarii, & nomine CHRISTI, illud

A a

552  
illud recipiant, singularibusque cere-  
moniis consecrentur. Cujus veli du-  
rationes afferuntur à Patribus, tum  
quòd non amplius liberæ, sed Christo  
devinctæ censeantur; tum ut tuta sine  
recundia, Religiosæque vultus nec vi-  
deri possit, nec videre: memorantibus  
Tertulliano & S. Athanasio, quòd nulli  
major olim Religiosæ Virgini conce-  
melia inferri potuerit, quàm denudatio  
Capitis, velo abstracto, à quo etiam il-  
circò decor omnis abesse continuo de-  
buit, ne ab aspectu pulchrioris velle-  
sim procederet ad pulchritudinem  
virginis velatæ rimandam.

4) 8. Hodie, post S. C. Tridentinæ  
speciali voluntatis puellarum DEO  
candarum exploratione faciendâ ab  
piscopo aut Ejus Generali in spiritibus  
bus Vicario, vel alio sumptibus eorum  
deputando, opus est, qui tam ante  
sceptionem habitûs, quàm ante profes-  
sionem, exploret virginis voluntatem  
S. C. Trident. *ses. 25. Regular. 6. 17.*



cratem ferream ; vel ex iusta causa ( si  
 nimirum adesset suspicio subornatio-  
 nis) in Ecclesia exteriori: *an coacta, vel  
 seducta sit ? an sciat, quid agat ? an mo-  
 dus vivendi claustraliter, illi sufficienter  
 expositus fuerit ? an substantialia sui or-  
 dinis noverit? maxime circa votum pau-  
 peratis &c.* aliis quaestionibus ad hoc  
 exaenam non pertinentibus ita remotis,  
 ut puellæ ne quidem ad eas respondere  
 teneantur. Causam hujus Decreti Con-  
 ciliaris refert Michaël Medina, qui De-  
 creto huic interfuit, attentissimisque  
 auribus suffragia omnium Episcoporum  
 accepit, quod puellæ sæpius habitum  
 invitæ suscipiant : & ob pudorem, eo  
 semel assumpto, regredi vereantur : alix  
 verò tametsi Religionem liberè subeant,  
 vilis tamen austeritatibus ordinis, vel  
 ob alia motiva desiderantes egredi, non  
 raro timore parentum vel cognatorum,  
 profiteantur invitæ, nisi Episcopus, vel  
 alius Ejus nomine libertatem ac desi-  
 derium talis puellæ exploret.

479. Episcopus censuris Ecclesiasticis, videl. suspensione ab officio, compellere potest Praefectam Monasterii, uno ante Professionem mense ceterum se faciat: cuius rei notitia habita Episcopus, vel Ejus Commissarius, intra viginti quinque dies Praefectura voluntatem explorare tenetur: quibus lapsis non amplius est admittendus, nisi per ta decisionem S. Congregationis, quae in Tamburinum de Jure Abbatis, minùs anticipare potest hoc ex officio instantiam illius, qui eam in usum perit; sed expectabit tempus à S. C. C. determinato praefixum.

480. Si voluntatem explorans, Praefectam non satis constantem reperit, minimum viginti circiter dierum etiam figet, intra quem Ipsa mature liberet, an votis substantialibus ordinem se perpetuò obstringat, quae si renuerit, ad domum Patris vel Consanguineorum, aut aliam remittenda est, ut Campanis in

30

ur. Canon. refert decisum. Cui tunc restituenda sunt omnia, quæ tempore ingressus in monasterium secum detulerat, ne vel minimo à Religiosis retento.

## CAPUT V.

## De Confessariis Ordinariis, &amp; Extraordinariis Religiosorum.

481. Beneficium libertatis in electione Confessoriorum

482. De Confessariis Ordinariis & Extraordinariis

483. Omnes confiteri tenentur ordinario Confessario; Extraordinario vero presentare se saltem pro sacerdotali benedictione

484. Quomodo puniendi sint tales Confessarii, si delinquant; quoties mutandi; & quid observandum in constitutione ac approbatione Confessoriorum tempore Iubilei?

485. De Confessario infirma.

486. **P**Ræcipua Episcopalis sollicitudinis pars est, ut Episcopus de Confessariis undequaque bonis prospici-

spiciat ovibus sibi commissis. Quamvis  
 autem officium hoc olim Parochis tan-  
 tum concreditum fuerit: successu tem-  
 poris tamen, auctâ fidelium multitudine,  
 & ut plenius consuleretur libertati  
 atque pudori fidelium, laudabiliter in-  
 troductus fuit usus, ultra Parochos, de-  
 putandi plures Confessarios, adhiben-  
 dique speciatim, dependenter tamen ab  
 approbatione & autoritate ordinarij,  
 Regulares, quorum plerique extranei  
 sunt, ac sæpe mutantur de loco in locum,  
 unde majore cum fiducia accedunt,  
 præsertim à mulieribus ex naturali qua-  
 dam imbecillitate timidis ac verecundis  
 singularique directione egentibus, que  
 causa fuit, quòd etiam in administratio-  
 ne hujus Sacramenti Pœnitentiæ faci-  
 enda Sanctimonialibus quantumvis ex-  
 emptis, S. Sedes Apostolica nolens  
 quenquam privilegiis quibuscumque  
 signem ingerere se absque approbatio-  
 ne & deputatione Episcopi Diœcesan  
 exploraturi diligenter in examine

cialiter instituendo, an discretione, moribus, ætate, doctrinâ, charitate, ac prudentiâ verè talis sit, cui opus tam arduum possit committi.

482. Tametsi verò in Religionibus tanta Confessariorum varietas vulgò nequaquam permessa sit, quanta in sæculo, ubi plebs minùs defœcata est ab humanis respectibus & metu superfluo: quia tamen etiam in Religiosis ejusmodi cœtibus apud inconstans ac volubile mulierum genus quandoque contingere potest, ut insano pavori, infirmitat, aliisque inconsultis angoribus, ac inquietudinibus subjiciantur: saluberrimè provisum fuit à S. C. Tridentino *ses. 25. Regul. c. 10. ut, præter Ordinarium Confessarium, alius Extraordinarius ab Episcopo & aliis superioribus bis aut ter (in cõmuni, non autem in particulari, ut declaravit S. Cõgr. 10. Mart. 1593.) in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. ita quidem, ut post Constit. Inscrutabili. & declarationes, approbante*

Urbano VIII. A. C. 1623. editas iudicium & approbatio à solo Dicecesano Episcopo pendeat; offerrique possint extra ordinem Confessarii etiam alterius Ordinis, dummodo sint aliàs idonei, eum nullibi qualitas ejusdem professionis reperiatur expressa.

483. Omnes moniales Ordinario Confessario deputato loco Parochi confiteri tenentur *c. omnis utriusque. 12. de Pœnit. & remis* Extraordinarius audire quidem debet accedentes ad se Religiosas: his tamen arbitrium est ob beneficio in sui favorem concessio *L. vivo. 69. ff. de R. I.* hâc obligatione tandem, ad arcendum accessurarum periculum, à S. Congregatione Regularum introductâ, ut omnes coram Extraordinario se præsentare teneantur, ut discerni possint, quænam ipso indigent, & quæ non? Superior autem seu localis seu Provincialis nunquam ad hoc officium est deputandus, ut jam supra 177. monui.

484. Confessarii tum Ordinarii, tum  
 Extraordinarii delinquentes circa per-  
 sonas aut res monialium, ordinarii loci  
 punitioni subiecti sunt; expeditque, ut,  
 prout S. Congregatio aliquoties censuit,  
 Confessarii Monialium ordinarii sin-  
 gulis trienniis mutentur; ipsisque Mo-  
 nialibus quandoque relinquatur facul-  
 tas aliquem sibi gratiorem communiter  
 nominandi, qui sine rationabili causa  
 reprobari non debet, maxime tempore  
 Jubilei, quo Moniales convocatae à  
 Præfecta interrogari solent, quos Con-  
 fessarios libentius acceptarent? quibus  
 tres vel quatuor aut plures, imò singulis  
 singulos nominantibus, exinde propo-  
 nuntur Ordinario, ut eos in specie ap-  
 probet, dummodo sint idonei, quò  
 tantò liberius ulcera sua detegant Con-  
 fessariis eo tempore ex privilegio per-  
 sonali à se electis.

485. Et quoniam in extremo mortis  
 articulo nullum salutis remedium peri-  
 clitantibus est subtrahendum, speciali-

ter incumbit Episcopo, ut Monasterium  
 certum aliquem Confessarium pro  
 capienda sacramentali confessione  
 postulanti, de eo, si alius habilis  
 metur, provideat, ingressumque  
 clausuram, necessariis cautelis adhibita  
 ei opportunè concedat; ita quidem, ut  
 ingrediatur cum socio à latere intro  
 duo, cui semper janua cubiculi patet  
 ubi confessio infirmæ excipitur; de  
 terque, tam Confessarius, quam patientis  
 tens ab illo conspici possit, omnis  
 periculi suspicio sublata remaneat.

CAPUT VI.

**De Jurisdictione Ordinarii  
 in quibuslibet Monasteriis  
 regularium circa clausuram.**

- 486. *Constitutio*; Inscrutabili: *quod*  
*declaratio vivâ voce à Gregorio XVI*  
*est.*
- 487. *De custodia clausura tam materialis*  
*quàm formaliter sumpta. Insuper*  
*est.*

G. 1  
 30



488. De Extraneorum personarum ingresso  
intra Clausuram.

489. Abusus in Germania.

490. Introductio clausura.

491. De licito Monialium professorum e-  
gressu.

492. De Transitu Religiosarum ad ordinem  
strictiorem.

486. **E**Xallegata celebri Constitutio-  
ne Inscrutabili. n. 240. vidi-  
mus, Regulares delinquentes circa clau-  
suram Monasteriorum monialium, vel  
circa personas in eis degentes, subijci  
jurisdictioni Episcopali, adeò ut etiam  
Regularis epistolam tantum mittens ad  
monialem pœnas ab Episcopo adversus  
talem decretas incurrat, quemadmo-  
dum Gregorius XV. constitutionis præ-  
fate conditor ore tenus declaravit apud  
Fagnanum in c. *Quanto*, 26. *de pri-  
vil.* n. 21. virum in materia Regularium  
sub pluribus SS. Pontificibus ultra quin-  
quaginta annos Romæ versatum, qui n.  
23. memorabiliter observat, Constitu-

A a 6

tio.

tiones etiam pœnales in favorem Juris  
 dictionis Ordinariæ largiùs interpretan-  
 das esse, arg. c. *cùm dilectus*. 8. §. *cau-  
 rum*. 2. de consuetud. quamvis per us  
 restringantur privilegia Religiosorum,  
 cùm sic fiat reditus ad Jus commune  
 antiquum, secundùm quod Monachi  
 eorum Abbates suberant Episcopo De-  
 celesano. c. *Abbaies*. 16. & c. *Mon-  
 steria*. 17. XVIII. q. 2.

487. Scio Tamburinum de *libere Ab-  
 batissarum*, alio Regulari pro sententia  
 sua citato, putare, nullam Episcopi  
 concedi facultatem indicendæ claustræ  
 monialibus exemptis, quæ Regularibus  
 subjectæ sunt, c. *Periculoso*. 1. §. *fin. de  
 statu Reg. in 6.* cui S. C. Tridentinum  
 non derogat: sub finem tamen dicitur  
 Abbas Tamburinus omnia subjuncta  
 diernæ praxi S. Congregationis, quæ  
 cùm omnino contrarium teneat, & con-  
 stitutio Gregorii XV. Regularium ho-  
 jusmodi monasteria gubernantium ex-  
 pressè meminerit, cessat omne dila-  
 tum,

um, dum Pontifex, sciens adesse Regu-  
 lares visitatores, Ordinariis nihilomi-  
 nus hanc facultatem demandavit, probè  
 gnarus, cum clausura formaliter sumpta,  
 ut comprehendens quemcunque mo-  
 dum custodiendi Religiosarum integri-  
 tatem, majus periculum ab accedenti-  
 bus, quam ab inclusis monialibus, ipsis-  
 que muris materialibus habeat, incon-  
 venientibus occurri non posse per infe-  
 riores Prælatos jurisdictione in Clerum  
 ac secularem Populum destitutos. Un-  
 de ut clausura custodiretur non tantum  
 ab intrâ & materialiter, quatenus se-  
 moniales non exeant, muri que infracti  
 servantur; sed etiam formaliter & ab ex-  
 trà, ne extraneis passim ac pro libitu con-  
 versentur cum monialibus, vel alia ge-  
 rant, quibus præparari, quamvis remo-  
 tè, possint monialium animi ad pudici-  
 tiæ vel Religiosæ modestiæ damna sub-  
 eunda, S. Sedes Apostolica merito Epi-  
 scopis hanc spartam imposuit, imò & S.  
 Congregatio in declarationibus Con-  
 stitu-

stitutionis Gregorii XV. censuit, Regulari quantumlibet exemptum cedentem ad monasterium, & simpliciter Moniali colloquentem, absque legitima licentia, ab Episcopo coerceri & puniri posse, etiam (juxta nuper editum decretum ejusdem S. Congregationis II. Martii. 1669 à Clemente IX. approbatum, teste Joanne Baptista de Luca in *miscellan. Eccles.*) per publicam coercionem, Ubi vides allocationem monialium sine licentia reduci ad obiectum circa personas intra septem decesses, licet ea sit de rebus indifferentibus aut bonis, cum finis prohibitionis tollere personale commercium, nec datur in præsumptione colloqui ad illum finem; sed in periculis tali conditioni annexis.

488. Quamvis autem cit. c. Permissum de statu Regular. in 6. permittit secularibus, ut ingredi possint curiam Monasteriorum Monialium, & alius, ad quem pertinuerit, specialiter

G. I.  
30

cultate; idemque renovetur in S. C. Tri-  
 dent. *ses. 25. Regul. c. 5.* necessitas tamen  
 adesse debet, ex declaratione S. Con-  
 gregationis Concilii monasterium in-  
 ipsum respiciens, non personam ingre-  
 dientis: Qua de causa cum in Diocesi  
 Salamantina, teste Fagnano ad c. *Præ-  
 terea. l. n. 19. c. de coniv. Conjug.*  
 consuevissent Episcopi concedere mu-  
 lieribus licentiam ingrediendi Mona-  
 steria monialium, in eisque commo-  
 randi, tum commoditatis gratiâ, tum  
 ob causas urgentes. *E. G.* litium matri-  
 monialium, non extantibus aliis locis,  
 in quibus majore cum securitate vivere  
 possent: S. Congregatio 19. *Februarii*  
 1604. resolvit, non licere ullo modo E-  
 piscopis, vel permittere, vel licentiam  
 concedere mulieribus, ut ex causis su-  
 præ narratis monasteria monialium in-  
 grediantur.

489. Quæ resolutio licet in plerisque  
 Germaniæ locis non obrineat: parcissi-  
 mi tamen esse debent Episcopi in licen-  
 tiis

tiis ejusmodi concedendis, ac quoad  
 eri poterit, tales usus è medio tollere  
 quemadmodum Celsitudo sua in Dia-  
 cesi Herbipolensi, ubi medela quæ  
 ob laxatum nimis facile ingressu  
 fuit, facere cepit, nec desinit  
 illam ingrediendi facilitatem quoad  
 coarctata è eo laudabili animo, ut tractu  
 temporis abusus ille potiùs, quam  
 radicitus extirpetur. Qui cum  
 indulgendus non sit fœminis;  
 nûs ad viros extendi potest, nisi  
 infirmitas, aut necessaria reparatio  
 nasterii, medici, Confessarii, opo-  
 riorum, vel in casu abortus suspicio-  
 de insufficiente Clausuræ custod  
 scopi vel Ejus Commissariorum  
 sentia desideretur: quibus casibus  
 semper adhibendæ sunt cautelæ,  
 periculum sit violandi pudoris,  
 malè loquendi occasio præbeatur.

49c. Non nego, SS. Ambrosii  
 Augustini temporibus, Virgines  
 adhuc habitasse tam intra, quam

cœnobia ; aliquas item perenni conti-  
 nentia voto, alias temporario tantum  
 obstrictas fuisse, ut apud S. Cyprianum  
*epist. 62.* legimus: at quoniam perpetua  
 illa cum sæcularibus conversatio, discrimi-  
 nate amittendi pudoris non caruit,  
 cuius intuitu Tertullianus *l. d. velan.*  
*Virg. domi habitantes appellavit Virgi-*  
*nes hominum, & prostitutas:* mirum non  
 fuit, postquam decretum circa A. C.  
 348 sub Episcopo Grato à Concilio  
 Carthaginensi latum *de habitatione sa-*  
*crarum Virginum seorsim à laicis insti-*  
*tuenda,* nihil aut parum profecerat ; à  
 Concilio Parisiensi deinde A. C. 756.  
 statutum fuisse, ut, si fœminæ tonsura  
 cœnobia sponte subire nollent, illuc  
 compellerentur: ex quo tempore etiam  
 vix ulla consecrationem obtinuit, nisi  
 quæ promiserat, se in cœnobio con-  
 stanter victuram,

491. Quemadmodum verò arceri ab  
 ingressu Monasteriorum huiusmodi,  
 homines extranei debent: ita multò ma-  
 gis

gis moniales ipsæmet ab egressu ob-  
 hendæ sunt, nisi in casu superer-  
 fundationis novi conventus, aut  
 tabilis ac periculosa necessitate, I. XX.  
 incendii, hostilis incursus, im-  
 nis, Epidimæ, Lepræ, similium con-  
 borum gravium, qui intra pen-  
 curari non possunt, ut late transla-  
 varinus in allegatione, ad matro-  
 Marchionis Fuscaldi progre-  
 na Sororis Mariae Catharinae, ab-  
 porrecta Urbano VIII. sicque  
 Germania servatur cum Mon-  
 Thermas cum honesta societate  
 sis &c. dummodo necessitas sit  
 & talis ab Episcopo agnita, ne-  
 succurri possit. Unde graviter  
 abusus, quod Religiosa passim  
 infirmitates, vel ad colligendo  
 mosynam pro fabrica, extra  
 soleant ad tempus dimitti,

492. Quæres. An moniales  
 Regularium virorum ad instar  
 sine monasterio transire ad alium  
 Quæde  
 anda,

91  
 31



egrediens observantia, petita, licet non obtentâ  
 Superioris? Resp. affirmative ex  
 Concilio Triburiensi relato c. *Virgines*.  
 l. XX. q. 4. dummodo non prius egre-  
 diatur è primo monasterio, quàm  
 constet secundum capitulariter esse pro-  
 pensum ad eam recipiendam; ipsaque  
 translatio fiat comitantibus gravibus  
 matronis, aliisvè piis ac honestis perso-  
 nis, absque diverticulo, in Rheda ve-  
 nata; aut sicubi pernoctandum sit, acce-  
 dente localium Ordinariorum licentiâ,  
 ubi moniales habitant, in earum monaste-  
 riis; aliàs verò apud personas honestas  
 divertatur; ipsique Religiosæ transcun-  
 tes omnes revertendi ad primum mo-  
 nasterium præscindatur; ac dos à cæteris  
 monialibus præstari solita afferatur. Et  
 hoc Jure in Germania utimur: ut pro-  
 inde B. Pii V. *Extravagans Decori. de*  
*Clausura monialium*. vel Jus antiquum  
 non corrigat; vel non videatur recepta.  
 Qua de re videri possunt Navarrus, Mi-  
 randa, Sanchez, Rodriguez & alii se-  
 fun-

fundantes in c. *Le et. d. x. de Regula-  
rib.* ubi facultas transeundi fundatur  
Spiritu DE I tales ad sanctiorem vitam  
agente, qui non est sub Lege, dummo-  
do bene probetur ac discernatur, ante  
DEO sit? Quod si verò pœnitentiæ cau-  
sâ translata fuisset, alimenta per moni-  
sterium, è quo translata fuit, Moni-  
asterium translata s' pœnitenda esse Rota Rom-  
na non pridem decidit.

GL  
30

CAPUT VII.

De dotibus, præstationibus vi-  
talitiis; & peculio monialium.

- 493. De dotibus Novitiarum.
- 494. De obligatione Monialium ad vitam  
communem in victu, vestitu, & aliis  
cessariis.
- 495. Declaratio Episcopi Bambergensis circa  
peculium Religiosorum; & decisio in ma-  
ram b. m. Bevilacqua.
- 496. Quid agendum, si continetur in Mo-  
nasteriis monialium abusus peculiorum?
- 497. Excusationes irreligiosarum exple

493. **S** Conc. Tridentinum *ses. 25.*  
*Regul. c. 16.* disertissime pro-  
 hibet, ne ante professionem, excepto vi-  
 tu & vestitu noviti vel novitia illius  
 temporis, quo in probatione est, quocun-  
 que prætenu, a parentibus vel propin-  
 quis, aut Curatoribus, Monasterio ali-  
 quid ex bonis ejusdem tribuatur &c. &  
 sub anathematis pœna præcipit, ut ab-  
 euntibus ante professionem omnia re-  
 stituantur, quæ sua erant: quod ut re-  
 ctè fiat, Episcopus, etiam per censuras  
 Ecclesiasticas, si opus fuerit, compel-  
 lat. Quò cum etiam dotes puellarum  
 referantur, indubium est, quin ante  
 professionem accipi nequeant, ne qui-  
 dem sub nomine depositi, seu præstita  
 cautione de illis in calum non secutæ  
 professionis restituendis: aded ut iam-  
 diu, extra manus consanguineorum aut  
 affinium, actualiter deponendæ sint in  
 banco publico vel penès aliam personã  
 idoneam iudicio ordinarii approbatam,  
 donec, emissã professione, mox in em-  
 ptio-

ptionem bonorum stabilium, & annu-  
 orum reddituum, vel aliàs, pro casibus  
 necessitatis, in commune Monasterii  
 bonum applicentur: aut deficientibus  
 prædictis deponendi modis, in arca de-  
 positorum monasterii sub pluribus cla-  
 vibus, quarum una Ordinario, alia Mo-  
 nasterio, alia propinquis vel Curatori-  
 bus novitiæ consignetur: Supposito  
 quòd agatur de Religionibus capacibus  
 in communi. Similiter idem Conci-  
 lium *cit. ses. c. 1. & 2.* omnes Regulares  
 ad exactam observationem paupertatis  
 communisque victus ac vestitus ita ob-  
 stringit, ut Superioribus etiam tacenti-  
 bus aut conniventibus, ipsæmet priva-  
 tæ personæ Regulares teneantur ad vi-  
 tam juxta præscriptum Regulæ institu-  
 endam, explosis reservationibus diver-  
 sis factis etiam cum Abbatiæ vel Præ-  
 fectæ Superioris licentia, utpote quæ ta-  
 lem facultatem concedere non potest,  
 secundum decreta Clementis VIII. edi-  
 ta ad Regularium reformationem, *no-*  
 novata

novata à Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. nec Regularium quisquam, aut quæquam, nisi sit officialis monasterii, etiam Conventus nomine habere penes se potest annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilitum administrationem, aut peculium non superfluum dependenter à nutu superioris quacunque de causa concessum.

495. Hinc Celsitudo sua, peractâ visitatione cujusdam Monasterii virorum, circa naturam peculii, declarationem hanc Decreto emendandum inferi clementissimè jussit, ut singuli Regulares nihil omnino independenter à voluntate Superioris, nec nisi in manibus alienis Depositarii habeant, parati que sint ad omnia Superioris nutui consignanda; si que de peculio accepturi sint aliquid, causam & usum conditioni suæ congruentem, Superiori, pro obtinenda facultate, exponant, qualis esse potest pietas, remuneratio, communis utilitas

tilitas &c. Ubi igitur Monialibus assignata est ex obligatione aut benevolentia, annua vel menstrua praestatio vitalia, ad liberam earum dispositionem, pro extraordinariis indigentis ac honestis usibus, quin superiores se regulariter ingerere soleant, extra casum abusus: merito Rota A. C. 1654. coram Bevilacqua nuperrimè, post suam à tractatibus Pacis Noviomagensis in Urbem reditum, defuncto resolvit, semper intrinsecam esse ac subintelligi hanc conditionem, etsi non exprimatur, ut pecunia retineatur in deposito vel Arca communi Monasterii, atque Religiosa è manu superioris illas inde recipiat, è rogatura in religiosos vel honestos usus, de quibus Superior inquirere potest, denegando pecunias, si non videantur congruè vel honestè applicandæ.

496. Sed quid si in monasterio Monialium continetur hic abusus? Resp. Saluberrimè provisum esse, ut illis interdici possit ab Episcopo, tanquam

GGI  
30

Sedi  
puel  
dona  
stitu  
mod  
ciore  
cto.  
mosy  
queu  
mam  
recep  
roru  
tinua  
ventu  
debe  
libet  
dicar  
bus i  
nutu  
culia  
49  
riali  
Cur  
tali c

Sedis Apostolicæ delegato, receptione  
 puellarum ad habitum ac professionem,  
 donec susceperint vitam, victum. ac ves-  
 titum verè communem: si tamen com-  
 modè fieri potest, E. G. numero ad pau-  
 ciores, & non nisi tot Religiosas restri-  
 cto, quæ ex allatis dotibus & solitis elee-  
 mosynis vel proventibus sustentari  
 queunt. Quod utinam & juxta piissi-  
 mam intentionem Clementis VIII. in  
 receptione Juvenum ad Monasteria vi-  
 rorum, juxta Regis Galliæ votum, con-  
 tinuatum fuisset! Imò & ipsæmet Con-  
 ventuum Præfectæ totis viribus anniti  
 debent sub gravi peccato ad pravas quas  
 libet consuetudines in hac materia era-  
 dicandas, maximè si vel Religiosæ tali-  
 bus ita addictæ sint, ut vix totaliter à  
 nutu suæ Præpositæ pendeant; vel pec-  
 cilia sua rebus vanis &c. impendant.

497. Nec refert, quòd ab immemo-  
 riali tempore vita communis, quoad vi-  
 ctum, vestitum, vel alia necessaria, in  
 tali conventu deserta fuerit, tolerantibus

Bb

bus

Bus Religiosorum Prælati, Episcopi  
 ac ipsismet SS. Pontificibus: Cum  
 mini liceat æmulari in malo Ps. 36. 1.  
 nec malum dicere bonum, aut bonum  
 malum Isa. 5. v. 20. & Regularis peccati  
 fio corruptelas nequaquam respiciat  
 sed statuta ordinis, fidelemque cultum  
 diam votorum solemnium: accedent  
 potissimum crebrâ innovatione Decret  
 torum S. Sedis Apostolica, ut in  
 materia sapissimè factum est: non  
 meque Innocentius XI. P. O. Monach  
 plerorumque Religiosorum Genera  
 bus iterum contulit, de turpissimo  
 abusu penitus abolendo.

---

CAPUT VIII.

De Monialibus quoad pro  
 onem numeri, ac bonorum admi  
 nistrationem.

498. *Moniales ultra numerum recepti  
 da.*

499. *Administrantes bona Monasterii*



*Sanctimonialium ad annuas rationes Ep̄i  
scopo loci reddendas obstringuntur.*

498. **P**Ræcedentis Tituli praxis à præ-  
fixione numeri, ac debita bo-  
norum administratione dependet. Quo-  
circo non minima Episcoporum supe-  
riorumque Regularium cura sit, ut iux-  
ta c. *Non amplius* 1. *de institutione*.  
non plures suscipiantur, quàm quot le-  
de monasterii proventibus alere sinè pe-  
nuria possunt; aut *ex consuetis elemosy-  
nis*, ut addit S. C. Trid. *ses. 25. Reg. c. 3.*  
quod etiam à B. Pio V. & Gregorio XIII.  
strictè præceptum fuit; vel si qua ultra  
numerum recipienda sit, aliter ac Ur-  
banus VIII. in Decreto *de celebratione  
missarum* cit. n. 247. constituit, ut ma-  
jorem elemosynam seu dotem secum  
afferat, nisi periculum sit, ne nimia mul-  
titudine Religiosarum disciplina euer-  
vetur, aut lex foundationis secus dispo-  
nat. Certè si univèrsis sufficienter de me-  
diis vivendi provisum sit, non erit, cur  
aliquæ singulares pecuniis inhiant, sic-  
qu

que paulatim tanto cum dispendio à Religiosa paupertate deflectant.

499. Quantum ad bonorum administrationem, similiter in Constitutione *Inscrutabili* expressè sancitum est, ut Administrantes bona ad monasteria Sanctimonialium, etiam Regularibus Subjectarum, pertinentia, siue Regulares extiterint, siue sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque Juris remediis cogi & compelli queant.

---

CAPUT IX.

De Canonissis.

500. Duplex Canonissarum genus, Regularium, & secularium.

501. Canonissa Regularis in qua differantia monialibus strictè sumptis: Vbi de Diaconissis & eorum officio in primitiva Ecclesia.

502. *Quid de reformatione Canonissarum  
secularium actum fuerit in Comitibus Au-  
gustanis?*

500. **C**anonissæ vel sunt Regulares,  
& perpetuo continentia aliis-  
que solemnibus votis obstrictæ; vel  
temporalem solum continentiam,  
quamdiu videlicet ibidem habitant  
(Abbatibus & Præfatis tantum exce-  
ptis) profitentur, atque sub observan-  
tia vivunt, retentâ facultate testandi ac  
nubendi. Priores gerere solent habitum  
album, vivuntque sub certa Regula S.  
Augustini, ac verè sunt Religiosæ: Al-  
teræ, quarum Author vel Amplificator  
fuisse putatur S. Meinulphus Diaconus,  
tolerantur in Germania, Belgio, Lo-  
tharingia &c. & à quibusdam semi-mo-  
niales vocantur, Divinisque officiis va-  
cant, donec suscipiant statum matrimo-  
niale; nec reprobantur quoad ipsum  
met ordinem à Bonifacio VIII. c. *In-  
demnitatibus. 43. de elect. in 6. ut Ste-  
phanus Weymesius, ac Ipsamet Rota*  
Bb 3 in

in *Una Tullensi* Jurisdictionis 29. Julii  
1624. coram *Evratto* demonstrat; &  
differunt à *Beguinis*, quòd in una qua-  
dam Ecclesiastica domo simul, non in  
propriis ædibus seorsim morentur.

91  
30

501. *Prima* seu *Regulares* in hoc tan-  
tùm à *Monialibus* strictè sumptis di-  
stinguuntur, quòd *monachæ* seu *monia-  
les*, *Monachorum* ad instar, de quibus  
*Suprà* n. 7. ex vi instituti sui, Religio-  
sæ solitudini propriæque saluti procuran-  
dæ duntaxat incumbât: *Canonissæ* verò  
more *Clericorum*, quantum per secom-  
atque conditionem muliebrem licet,  
*DEI* laudibus curam animarum (infi-  
tuendo rudes puellas, pauperes fovendo  
&c. ut in *Herbipolensi* *Diecepsi* faciunt  
*Canonissæ* inferioris *Cellæ* candidi or-  
dinis *Præmonstratensis*) conjungant,  
quales olim fuerunt *Diaconissæ*, relicte  
*S. Epiphani*o in *fine Panarii*, ad hanc  
etiam usum adhibent, ut decoris & ho-  
nestatis causâ essent mulierum ad curam  
sæ, quoties id necesse videbatur, &c.

dum baptizabantur, sive dum earum Corpora erant perscrutanda; tum ut imperitas docerent, præessentque patentibus portis, per quas olim foeminae separatim à Viris Ecclesiam ingrediebantur, quapropter à S. Ignatio *epist. ad Antiochen.* custodes sacrorum vestibulorum appellatæ fuerunt.

502. *Alteræ, seu seculares* eo tempore, quo Congregatæ permanent, videntur quodammodo *oblata*, de quibus extat formula Reformationis, curâ Caroli V. Augustæ Vindelicorum in Comitibus exhibita; à S. Sede tamen non approbata: *Qua continentia studium sectantur absque voti professione, & vitam in Collegiis Religiosam ducunt, quales vocantur Canonissæ, etiamsi non habeant (quam tamen decentissimum esset habere) mensam communem, sed suam quaque peculiarem; commune tamen debent habere dormitorium, ne pudicitia insidiatori Sathana detur occasio ad incontinentiam tentandam. Debent quoque à nimis*

exquisito & proceri habitu abstinere, nec  
 seculariter comptis incedere vestibus  
 sulta; sed modesto, mundo, casto cultu  
 ut sint earum monasteria schola pudicitie  
 & virtutum, in quibus filie nobilitatis  
 seant non lascivire, nec superbia  
 DEUM timere, orare, & pii assidue  
 exercitiis ac moribus bonis, ubi vult  
 nuptura in Domino. Talia autem  
 gia, sicubi in his Virgines ob liberos  
 vitam, famam suam in periculum  
 ducant, per superiores Episcopos  
 mentur. ubi notandum est obiter  
 saream hanc sanctionem 2. fuisse  
 in Comitibus Augustanis publicam  
 non alia de causa robore approbatam  
 Apostolicæ destitutam fuisse, quod  
 quod à Principe laico ortum  
 habuerit.

## CAPUT X.

De Tertiariis, Oblatis, mulie-  
ribus simul comorantibus in conserva-  
toriis, & Jesuitissis.

303. Tertiariarum congregationes suaviter à  
B. Pio V. sublata.

304. Oblatarum conditio:

305. Mulieres in Conservatoriis simul degentes,

306. Jesuitissarum condunatio ab Urbano  
VIII, reprobata.

303. **U**T Tertiaria sint verè Religio-  
sæ, duo requiruntur copula-  
tivè, vita scilicet communis, & solemnibus  
Religiosa professio sub perpetua clausu-  
ra & Regula à S. Sede approbata: Quod  
si vota solemnia non emiserint, B. Pius  
V. in Constit. circa Pastoralis. Ordina-  
riis, & superioribus Religiosis inculcat,  
ut eas hortentur ac inducere studeant ad  
solemnem professionem: quod si recu-  
saverint, & earum aliquæ inventæ fue-  
rint scandalosè vivere, illas severissimè

B b 5

puniri

puniri vult, & cæteris omnibus, sic ab  
 que clausura & professione solemnè vi-  
 vere cupientibus, perpetuò prohibet,  
 ne in futurum ullam aliam profus in  
 suum ordinem, Religionem, Congre-  
 gationemvé recipiant. Quà constitu-  
 tione Sincerissimus P. Hyacinthus Do-  
 natus (quo quidem ego candidiorem  
 Religiosis Scriptoribus neminem vidi)  
 ejusmodi Congregationes mirà suavi-  
 tate & indicibili providentiâ abolitas  
 fuisse asseverat, & Synagogæ admittit  
 cum honore sepultas. Unde siquæ man-  
 tellatæ, seu Pizocchæ, etiam ordinum  
 mendicantium Tertiariæ, simplici voto  
 castitatis devinctæ habitum Regularem  
 indutæ, in sæculo circumeunt, pure sa-  
 cæ sunt, & non magis de foro Ecclesiæ,  
 quàm cæteri sæculares, ut observat  
 Glossa singularis Clem. Cùm de quibus-  
 dam v. obedientia de Relig. domit. &  
 Vivius decisum esse refert: quamquam  
 Portellus, Novarinus, Naldus, Divus




Pellizzarius, & alii contrarium teneant.

504. *Oblata* dicuntur, quæ se & sua obtulerunt monasterio, quin emiserint professionem solemnem in Religione quapiam à S. Sede approbata. Hæ si in Monasterio existant, & sub obedientia Superioris Regularis perpetuò serviant, gaudent privilegiis suæ Religionis, non minus quàm conversæ & Novitiæ: idque si in forma Juris valida irrevocabiler, plenè, & cum effectu, seipsas & omnia bona sua, præsentia & futura, nullà prorsus quâvis minimâ eorum portione, neque in proprietatem, neque in usum fructum sibi reservatâ, Religioni obtulerint, & habitum aliquo modo mutaverint. Quod si verò in propriis suis omnino duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia & jurisdictione nullatenus eximuntur. *c. Cum & plantare. 3. S. Confratribus. A. de privil. S. C. Trid. ses. 24. Refor. 6. II.*

505. Idem dicendum de mulieribus  
 simul commorantibus in conservato  
 vulgò **Schwester und Buben**  
**Häusern** / quæ sunt merè seculares  
 optimè tradit saepe laudatus Illustri-  
 mus Jurisconsultus Joan. Baptista de  
 ca in discursibus suis de Jurisdictione  
 sub nullo Religionis instituto, in  
 Domo, pro majore honestatis conser-  
 vatione collegialem vitam ducens  
 deò ut earum coadunatio non pertinet  
 ad cit. Clemen. *cum de quibusdam*  
*Relig. domib.* aut Constitutionem  
 nam *Circa Pastoralis* citatam: sed  
 dispositionem S. C. Tridentini  
*Refor. c. 8.* quoad effectum visitationis  
 & superioritatis Episcopalis.  
 506. Præter has non pridem ali-  
 cius sub nomine *Iesuitarum* in  
 erupit, in unum aliquem cæterum  
 nata, citra S. Sedis approbationem  
 prætextu ducendæ vitæ Regularis  
 diverso à cæteris habitu: sed ab  
 VIII. Constit. *Pastoralis. 13.*

1630. in ipsis ferè cunis repressa & annullata; sive, ut phrasi Pallavicinianâ utar, veluti parvus emortuus, ita ut nunquam viveret nata fuit, utpote destituta animâ id est, Authoritate S. Sedis Apostolicæ, sinè qua Joannes XX. ac alii Romani Pontifices Religiosos cætus erigi prohibuerunt: cui quoque & ego me, ac hosce conatus meos reverentissimè submitto, adeò ut veritas & sinceritas meus sit unicus

**FINIS.**

—————  
  
**Diatribè**

**De S. Oecumenico Concilio Tridentino in universâ Europa, etiam quoad Decreta de moribus, apud Catholicos recepto.**

107. *S. Concilium Tridentinum est in tota Europa receptum.*  
 108. *Conciliarium Decretorum obligatio*  
 not